ADDITIONIS ADDITIO VLTIMA

AD OPVS QVÆRENS, QVOD NVMQVAM FVIT QVÆSITVM, idest, *quando*, *vbi*, *& quomodò* præservavit Deus carnem suæ Matris, suamque, & vnam in vtroque. Ian.30.1716.

GEnerationem eius quis ennarrabit? Respondetur nemo. Quia nemo novit quomodo genuit Pater imo neque Patrem, *quia nemo novit Filium, nisi, Pater, nec Patrem, quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare?* Si ergo *Deum nemo vidit vnquam Vnigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrabit.* Vbi? In Isaia inquit ipse Iesus: *Non á principio in abscondito locutus sum, ex tempore antequam fieret, ibi eram; & nunc Dominus Deus missit me, & Spiritus eius...* (& prius dixit 12.) *Ego primus, Ego novissimus. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea mensa est Cœlos.* Cui Pater. *Filius meus es tu, Ego hodie genui te. Postula á me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Ibi præcedit fundatus mundus á Patre, & simul á Filio dans illi Pater gentes in possessionem eius. Quando? *Ante Luciferum genitus, & ante sæcula Dominus.* Ac S. Paulus. De Christo dicit; In Epistola quam cum omnibus suis vocat Evangelia, quæ sunt literæ revelatæ ab ipso Christo, & plusquam ex Cathedra aprobatæ omnes á Pontifice Petro, qui male arguit illis, qui deprabant eius sapientiam, in qua errores fingunt, sicut in cæteris Scripturis, & omnes Epistolas legit, & laudavit de S. Paulo. Quapropter aprobat cum illis anathema, q^c^o damnat eos, qui aliud sequuntur, quam ille scripsit, licet Angeli sint de Cœlo. Vnde ergo evadent. Qui non consentiunt cum illo, qui nec cum Vice-Christo consentiunt cum ipsius Doctrina sola maneret hæc materia impleta ipse Paulus docet, quod non ab homine didicit, scilicet, Christum esse Imago Dei. Primogenitus omnis creaturæ; qui fecit nos cohæredes, & concorporeos Iesu, & ipse est Imago Dei invisibilis, quoniam in ipso condita sunt vniversa in Cœlis, & in terra, visibilia, & invisibilia, sive Throni, &c. omnia per ipsum, & in ipso constant, & ipse Caput Corporis Ecclesiæ, qui est principium; & ipse est Adam Cœlestis, & secundus vocatus ab Apostolo, & alio sensu est primus necessario, qui dictus manet primogenitus, & ita ipse de se est dictus primus sup. in Isaía, & in Apocalipsi, & ipse Paulus idem sentit dicens *Primogenitus sup. & Cœlestis, & spiritualis*, quo sensu primus est cum sit primus in omni Ecclesia, & ipsa in toto mundo, & sic S. Chrisostomus vocat eum primus, quia est sic in Ecclesia. Et ipse Christus se nuncupat ita sup. in Isaía. Accedamus modo ad consortium Christi cum Matre, sine qua non fuit Caro, nec in ea æternitas, quæ in ipsa fuit provisa. Dominus possedit me in initio viarum suarum antequam quicquam faceret á principio abæterno ordinata sum, & ex antiquis (I. Personis Divinis) in multa onera debuit vnus Altissimus Omnipotens, & Rex sedens super Thronum ipsius Sapientiæ applicare carnem illius, & potuit, quia Patri Æterno dixit: *Dedisti ei potestatem omnis carnis,* & cum illa est minor locus in natura constituenda, secundum Scotum sic: *Materia secundum se habet esse in loco diffinitive, sicut quæcumque substantia limitata. Ipsa enim sub quantitate habet esse in loco circumscriptive vnde totius naturæ substantia indivisibilis est ex se velut punctum.* Ideo S. Augustinus ponit Ecclesiam vt Christus *in grano sinapis. Et dedit illam super omnia, ipse creavit illam in Spiritu Sancto, & effudit illā super omnia opera sua, & super omnē carnē. Quæ fuit formata Exore Altissimi, & Primogenita ante omnem creaturam ipsaque in Cœlis fecit, vt oriretur lumen indeficiens. Et creator omnium, & qui creavit me, ait, requievit in Tabernaculo meo, & dixit mihi in Iacob. in habitat.* Ita inveniens habitaculum Christi ante habitationem illam in Iacob. & quando cæpit existere Maria, & ortus est Christus homo. Inventa generatione Mariæ, distinguendum est. Ecclesia supponit Christum æternum in hymno matutino in albis, Rex sempiternæ Cœlitum rerum Creator omnium, &c. In Credo dulege totum in multis notis. Et in Credo confitemur, quod Vnigenitus, & ex Patre natum ante omnia sæcula; & etiam in Credo Feriali, quod est Vnigenitus non factus Filius eius Vnicus. Et in Symbolo Quicumque vult. *Dominus noster Iesus Christus Deus, & homo est.* Et in Trinitate SS. confitemur: *Nihil esse prius ac posterius, nihil maius, aut minus, sed totæ tres Personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales.* At Christus: *Æqualis est Patri secundum Divinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Tacita hic est Persona, vt minor in-

Isaí. 53. 8.
Math. 11. 28.
Isaí. 48. 26.
Te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absq̄ te Deus vere tu est Deus absconditus.
Ps. 2.
Festum Epiphaniæ.
Epistol. ad Galat. 1.
Ephesios.
C. 1. v. 16.
Apocalip. 22. 14.
Ne dicas Ecclesiam carne totum mundum impleret, & sic moraliter creditur intentive.
Vide Scotum.
Eccli. 1. 4.
Ioann. 17. 5.
Scotus in 4. d. 11.
Eceli. 1. 9.
Ibi 24. 5.
Et infra.
S. Ambros. Ps. 50.
Ante quā nasceretur ex Vg. iam erat, & erat semper.
In Credo duplici.
Symbolo Quicumque vult.
S. Ambrosius de fermento ser. 5. H. fol. 190

Dat Christum in mundum solum, & vnicum omnes faciens, sicut ipse est.
S. Athanas. fol. 287.
Concilia.

intelligatur, quia Deus, & homo non sunt duo in ipso; *sed vnus est Christus vnitate Personæ.* Licet sit perfectus Deus cum persona, & perfectus homo cum ipsamet, quæ amplius perficit carnem, & animam rationalem quam substantia humana si assumpta esset. Ideo non est merus homo, ait S. Athanasius: *Quomodo merus homo vocari possit Christus, qui vnitus verbo recte appellatur Christus, & Filius Dei.* Item Synodus Nazianzena, & publica ex quatuor, quæ illam in fide vna sequuntur, quæ est Ephesina, vt infra dicetur cuius fides loquens de Iesu Christo in fine inquit dicentes autem: Erat quando non erat, aut non erat ante quam fieret. Dicentes esse aut creatum, aut convertibilem Filium Dei. Hos tales anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia. Vnde ipsos ipse Christus signat sup. dicens: Ante tempora ibi eram in Isaia. Vbi etiam notabile est, quod pro tempore posteriori dicit; & nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus eius. Et sic manifestat, quod missit Christum Deum hominem factum, quia non potuit mittere illum,

Ioan. 15. 16. si non inferiorem sibi; & inde dicit cum venerit Paraclitus, quem Ego mittam vobis à

Idem S. Athan. fol. 637. de SS. Deipara: Ergo, non vt homo missus est; sed vt Deus.
Math. 19. 4.

Patre; & vt mihi maneat ad probandum in præceptis fidei in primo mandato, est Deus. In quarto Filius, & Creator omnium. Non manet in Ecclesia differentia probandi æternitatem Christi; nam DD. Ecclesiæ in opere sunt dati sup. triginta. Modo est affirmandum intentum tituli quomodo in principio manent Scriptum. Et etiam extenditur testimonium Christi de eiusdem essentia, vt in duobus testamentis. Inveniatur ipse enarrans suam generationem; ita qui fecit ab initio masculum, & fœminam (& dicit idest Deus) propter hoc dimittet homo Patrem, & Matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna; itaque iam non sunt duo, sed vna caro, quia propter vxorem dimissit Patrem, & Matrem, hoc est, propter Ecclesiam, quæ est vxor

Ephesios 5. c. 22.
Apocalip. 21. 10.

in carne. Ephesios: *Qui suam vxorem dilligit se ipsum dilligit nemo enim Carnem suam odio habuit, sed nutrit, sicut & Christus Ecclesiam, quia membra sumus Corporis eius, de Carne eius, & de ossibus eius. Ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Sed Angelus ostendit in Apocalipsi. Vxorem Agni, quæ est Ecclesia.

QVANDO.

QVANDO fuit provisa puritas Carnis Matris, & Filij? Ante Incarnationem quando, scilicet, fuit ordinata, vt dicit: *Ab æterno ordinata sum*, idest, vt essem ante sæcula Mater Dei, in quo tunc fuit creata, & Filius non dum Incarnatus, sed Vnigenitus,

De Incarnatione Verbi Dei. fol. 528.

non genitus, vel factus adhuc, quod exprimitur de verbis PP. Nizeæ, & sic illa trado apud S. Athanasium, vnum ex illis post controversiam cum Hæreticis Arrianis, Valentinis, & specialiter Samosatenses, & Iudæos, qui Patri negant semper Filium potius conveniunt cum illis, qui negant illum aliquo tempore. Qui de Trinitate male sentiunt, & de eius Divinitate, quare PP. istius Synodi Apostolice à Patribus ad istum modum scribitur: *Trinitatem esse vnam naturam, eaque de causa vnam quoque essentiam esse Verbum, aut Dei opificem omnium esse, & ab eo ad ipsius similitudinem ab initio hominem creatum*

S. Epiphanius. Hæresis 44.
Si omnia per Iesum facta, ipse Adam formavit, & Corpus suum à Maria Virg. & perfecte omnem suam Incarnationem covnivit, tunc, & nunc in ipso covnitám.
Canon 1. ex 13. difinita in Synodo sunt à 200. Episcopis cum Anathemate.

esse, hominemque rursus ad ipsius similitudinem restituisse, ipsumque Creatorem similem factum esse suæ creaturæ. Atque ideo Carnem accepisse á Sancta, & Deipara Virg. Maria, & Deum hominem factum, vt homines, & si homines manerent, deos tamen reddere. Eumque vnam Personam esse, sed & ante Incarnationem, & post Incarnationem incomprehensibilem Carne Deum indivisibilemque in carnem, impatibilem in passionibus carnis, victoremque mortis, & qui tertio die resurrexerit ascenderitque in Cœlum per gloriam naturalem, non per donum aut gratiam illi impartitam, eumque pro palam in sua Deitate venturum, ita vt reluceat gloria in enarrabilis ex Corpore eius Sancto, quod ex Maria accepit. Quemadmodum ex parte aliqua sese in Monte Thabor ostendit. De Maria SS. oportet etiam tangere mortem. Cur mortua, & innocens longa est quæstio in opere late scripta. Mortua; quia voluit omnimode immitari Filium volentem sed huius morte prævissa. Incruenta, quæ valet, quantum Crucis, & in Cæna recepit Filium. Et probatur multis authoritatibus, &c. Iam patet, quod Caro non repugnat ad æternitatem ante Incarnationem, & quod Christus fuit creatura in corpore tantum, & Creator aliorum omnium, & quod dictum non debet explicari, quia incomprehensibile fuit P. P. Synodi Nizeæ; & quod Caro in Deo ante Incarnationem non erat patibilis, & post Incarnationem potuit ita vti ea aliquo sensu, vt in Thabor, & quod ante Incarnationē potuit existere nondū fæcūda, sed honorata, vt ordinata ad talem fæcunditatem; ad quam fundavit illam factus Emmanuel, vt primo Canone Ephesino cum Anathemate, inquit: *Siquis non confitetur Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei Genitricem Sanctam Virginem:*

peperit

peperit enim secundum Carnem, Carnem factum Dei Verbum secundum, quod scriptum est. Verbum Caro factum est. Anathemasit. Et Canon secundum, inquit, ibi: *Siquis non confitetur Carnem secundum substantiam vnitum Dei Patris Verbum, vnumque esse Christum cum propria Carne, eundem, sc, Deum simul, & hominem, Anathemasit.* Ex his duobus cognosces Iesum Adam, I, nobiscum Deus, ideo Matrem dignam Deiparam, quia fuit Mater omnium nostrum cum sit Emmanuelis, & quod iste fuit factus in parte á Verbo, & Verbum, vt sup. 5. A. Si dictum sit clarius erit intelligibilius. Cum sit Christus primus, & genitus, & vnicus, & Filius, sic Patris, & Matris, & ideo ambo vocati Adam á Deo; quid ignotum damus ei in Adam nomine? Specialitér cum sit Emmanuel, vt Deus. Vnde accipitur nobiscum Deus, & quid singulare largimus Matri? Cum sit Mater illius, qui est Vnigenitus Patris Æterni, & quod nesciamus omnes, quis fuit alius Adam purus, *qui ad nihil fuit aliquid in natura, ideo impossibilis, quia Deus, & natura nihil frustra agit*; neque in Scriptura secundo memoratus, & in ipsa fuit Christus factus á Deo Dominus mundi, cui dicitur; *Omnia subjecisti sub pedibus eius.* Et videndo, quod Deus formavit eum, & fæminam simul, & in ambobus implevit totum dictum benedicens illis singulariter, quia in natura non benedixit alium facialiter loquens, vt de illis scriptum est: *Benedicta tu in Mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.* Dicens cur de illo homine facto non loqui Scripturam dicitur cum in capite 1. non loquitur Deus cum alio? Potius de Christo nihil scriptum est in Genesi? Nihil dicit, qui non intelligit; nam Moyses non de alio, quam de Christo dicit: Hic est liber generationis Adam: (nomen antea non scriptum) *In die qua creavit Deus hominem ad similitudinem Dei fecit illum masculum, & fæminam creavit eos, & benedixit illis, & vocavit nomen eorum Adam.* Nomine vno, qui erat duo; nam sic erant carne, & benedixit liber generationis Adam Christi, cuius generatio non potuit esse ibi materialis, sed spiritualis, & tota simul, & in vno die, vt dicit textus: In die qua creavit Deus hominem, pariens fæmina omnes Deo iubente, vt fecit aliter non posset esse. *Ecce factum in Isaia: Ante quam parturiret peperit. Ante quam veniret partus eius, peperit masculum, quis audivit vnquam tale; aut quis vidit huic simile numquid parturiet terra in die vna aut parietur gens simul, quia parturivit, & peperit Sion filios suos?* Numquid Ego, quia alios parere facio, ipse non pariam dicit Dominus? Veritas fuit, quod Deus fecit. Discurre modo, quia non possum ampliare verba, & si tibi occurreri inconveniens aliquid, curre ad caput 45. 8. vbi dicit Deus: *Væ, qui contradicit fictori suo numquid dicet lutum figulo suo, quid facis, & opus tuum absque manibus est? &c.* Tali modo nominavit Adam Deus, & non alium. In creatione si generatio, quæ refertur, ibi, Christi non est quæ in Evangelio est Adæ protoplasti de septimo die, & incipit post generationem Adæ, quæ datur integra spiritualis in die creationis in ipso vnico die, vbi dicitur sed vt ipsa generatio Evangelica Christi possit legi tendens in Cœlum ad Patrem ex Matre, potest legi cum Sancto Augustino sic: *Iesus erat incipiens, quasi annorum triginta, vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Ioachim* (ipse Iesus) *qui fuit Mathat.* (ipse Iesus) *qui fuit Sethet, &c.* (ipse Iesus) *qui fuit Adam* (ipse Iesus) *qui fuit Dei Filius.* Vnde ait S. vt ante ipsos dicatur esse, quorum filius numerabatur. Hoc scriptum displicuit ipsi Augustino secundum eius mentem, & ingenium, vt ait: qui post legit historice Africanum dicentem: Ioseph fuisse filium adoptivum Helí, sed si ille legisse S. Hipolitum Doctiorem Episcopum Martyrem celebrem Augustinus 13. qui dixit: *Bi nomen Heli*, Ioachim fuit Pater, vt avus Iesu illum crede, vt Haye, Tyrino, Alapide, & Multi.

Transeamus ad secundam notam Iesu, & Mariæ, SC, VBI. I, in ipsa creatione amborum masculi, & fæminæ dicens Deus: *Faciamus hominem ad Imaginem, & similitudinem nostram.* Ecce illum hominem substantialem factum cum Deo, in quo non est accidens ad similitudinem; sed totum est substantia in Deo, & intelligitur hominem factum manentem Deum, & ad Imaginem Dei, quod est Filius, qui est Imago Dei invisibilis. *Primogenitus omnis creaturæ*; ideo supponit Pater, quod est Filius naturalis dicens sup. *Postula á me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.* Patet, Filium naturalem esse hæredem gentium; vnde illis fuit rationale præceptum obligans obedire Domino, & non potuit sine precepto gubernare rationales fragiles; etiam si Angelicos scientes subiectos se esse ad præmium, vel pœnam æternam ex suis operibus, quost est incongruum si ipse Dominus possessor omnium vellet, & posset

S. Leo de nativit. sem. 5. Habitavit in nobis cuius Caro de vtero Virg. sumpta sumus nos.

In Credo.

Isaí. vt sup. & Apocalip. 22.

Aristoteles.

Ps. 8.

S. Luc. 1.

Genes. 5. 1.

Isaí. 6. 6.

August. tom. 4. lib. q.q. Evangelic. q. 56. in Luc. 3.

Ibi 13.

VBI. Genes. c. 1. 26.

possset perdere, & cognoscitur quare non potuit Deus ligare præcepto illum, cui tradebat omnia, quoniam omnia posse perdere, & se ipsum, qui erat æqualis ipsi Deo, & se ipsum perdere, quod erat impossibile. Et si cum Filio hoc erat impossibile, etiam cum Matre naturali illius, quæ ex se popossuit hanc libertatem, & venerationem ortum ex ipsa Maternitate Emmanuelis, vt sup. Si ergo nec Mater, nec Filius præceptum non habuit iure fuerunt ambo præservati ab omni culpa, quia ab omni præcepto. VBI ergo fuit præservata Caro Virg? Dico, fuisse præservatam vbi creatam in Cœlo, vt dixit David, Ps. 113. 16. Cœlum Cœli Domino: terram autem dedit Filijs hominum. Et S.Ioann. 3. 13. Dat Filium hominis factum cum descendit de Cœlo. Dicens: Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui discendit de Cœlo Filius hominis qui est in Cœlo.

QVOMODO

QVOMODO est vltimum dubium fuit præservata Caro Virg. Mariæ? In hoc vidimus quomodo in illa fuit impletum illud, quod Doctissimus Rex Omnipotens possuit illam *super omnia opera sua, & super omnem carnem*; quia cum fuit in omnem car-
Eccl. 1. 8. nem, fuit super omnem; *nam in medio populi exaltabitur* (vbi sunt opera Dei) *& in pleni-*
Ibi 24. 3. & 4. *tudine sancta admirabitur.* Et posita in medio carnis, I, *sicut nebula texi omnem terram*;
& 7. non tetigit illam ipsa Caro in sua blanditie, quando potest intelligi Maria super omnem carnem? Nisi vbi Deus nostram omnem. Possuit in Adam, quatenus vt dixit: *Ego*
Ibi 24. 5. *ex ore Altissimi prodivi* (non ex carne) *Primogenita ante omnem creaturam.* Et cum fuit necesse, quod Caro protoplasti, & Adæ Divini vniretur, vt esset natura vna ex dupli-ci partiali anima rationalis in corpore Adæ animalis, & non inclussit Christum, qui non fuit filius naturalis Adæ; & si filius hominis ex filia Adæ, Maria facto Adam ex omni carne, & posito præcepto Divino possuit illam in latere, ex quo tulit carnem, vt Evam formaret, quod est ponere Mariam super omnem carnem sine præcepto, quod præcessit illa absente; iure prius quæ præcedenti die non fuit obnoxia præcepto Divino, vt Mater Dei, & Emmanuelis; ideo in sexto, & septimo die fuit præservata; vnde etiam Filius,
Vt sup. quia Caro duorum fuit vna.

Vt finem inveniamus huius operis, oportet notare quantum inconveniens tenet oppositum, nam gravissimis hæresibus blasphematur, vt sunt Valentini: Sabelliani: Marcionistæ: & Manichæus: cum Arrianis: & Iudæis. Nam qui negant hic Patri Filium semper conveniunt aliqualiter iure cum Arrianis, qui tempore negant ipsum Filium, & ex dictis non manet in illis Deitas immunis, & de omnibus datur historice noticia in S. Athanasio de adventu Christi adversus Apollinarium fol. 555. Et contra
Per Decretum quartum Ephesinum, vel perde tecum fidē Nizeam, vel non erat. hanc hæresim, quia Evangelium repugnatur semen, & sanguis Christi negatur dicens: Quod fuit Christus ortus in Nazareth. Vbi ponit S. Doctor illis hanc quærelam dicite igitur, qua ratione initium Deitatis constituisti in ipsa nativitate Dei, quam in Nazareth contigisse suspicamini iuxta Paulum Samosatensem, aut qui fit vt genituram inficias eatis secundum Marcionem aliosque hæreticos, &c. in quo sunt oppositi contrarij huius doctrinæ ponentis Christum ante sæcula; non quia Deitatem, & Sanguinem Christi offendunt, sed quia illum negant Deum aliquo tempore, & consitentur Deum, sed non æternum sentientes cum Deum recentem, vt in Deuteronomio ipso dicente: *Clarifica*
Ps. 80. 10. *me tu Pater, apud te metipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te.* Si
Ioann. 17. 5. tot inconvenientia contra Fidem dantur, & plures aliæ rationes, quæ hic non capiunt, & Ego patior non decet silére amplius. Licet omitantur multæ necessariæ, quibus satisfieri possent contrarij, qui in Hispania sunt omnes, quos inveniri potuerunt Sibilia, & Matriti inveniri potuerunt, vt aprobarent opus, vt constat Patri Reverendissimo meo Generali in instrumentis ad se missis, vt Iudicem, qui fuit, vide quantum interest Ecclesiæ providere hanc quæstionem in opposito sensu.